Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36559
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



indisciplinę seueritate censuram. ne aliquid ad exem
plum bonorū factorū desit in nobis. Hęc s̄ enim ues
tigia quę nobis sc̄i quiq; reuertentes in patriam re
liquerunt. ut illorum semitis inherentes. sequeremur.
& gaudia. Patriā quoq; nr̄am paradysum cū illis cōpu
temus. parentes patriarchas iam habere cępimus. Qvid
non ꝓperamus & currimus. ut patriam nr̄am uidere.
ut parentes salutare possimus. Magnus enī illic nos
carorū numerus expectat. parentū. fr̄m. filiorum.
frequens nos & copiosa turba desiderat. iam de sua
incolomitate secura. adhuc de nr̄a salute sollicita.
Ad eorū cōplexum & conspectū uenire. quanta &
illis & nobis incōmune est lęticia; qualis illic celes
tium uoluntas. conseruoꝝ societatē expectantiū.
quā summa & ꝑpetua felicitas. Illic apl'oꝝ gl'osus
chorus. illic ꝓphetarū exultantiū numerus insig
nis. illic martyrū populus innumerabilis. ob certami
num uictoriā coronatus. illic clarissima uirginū
turba lętatur. illic & iā confessorū fortitudo lau
datur. Sed & illorū remuneratio censetur. qui p̄
cepta dominica seruantes. ad celestes thesauros t̄rena
patrimonia transtulerunt. Ad hos enim auida cupi
ditate ꝓperemus. ut cū his cito eē. & cito ad xp̄m ue
nire contingat. Cum ꝑhui⁹ itineris ducem habeam⁹
salutis auctorem. lucis p̄ncipem. leticię largitorē.
qui uiuit & regnat cū d'o patre omp̄te. & sp̄v sancto.

Sermo Rabani de oīb⁹ sc̄tis

LEGIMVS in ecclesiasticis hystoriis. quod sanctus
Bonifatius qui quartus ab eato Gregorio romanę
urbis episcopatum tenebat. suis p̄cibus a foca ce